inaeuentes septimo tamen die inopinatum scelus ineffabilis calamitas inexpli
cabilis luctus accessit. Sed cum beatissimus cerneret pontifex sarcinae car
nis abiectu maturius se ad purum aetheri se euolare fulgorem cuius uox
semper illa fuit mihi uiuere xps est et mori lucrum laeto animo ac uul
tu sereno illos uersiculos dauiticos saepius repetebat misericordias
· in generatione et progenie adnunciabo
tuas dne in aeternum cantabo. ueritatem tuam in ore meo et illud
in manus tuas dne commendo spm meum nec non adiciebat de p
fectione securus confirmatum est cor meum in dno et exaltatu
est cornu meum in do salutari meo. ut imnis et canticis et immor
te resonans ad sedem suam caelestis anima remearet quae quin
quagesimum octauum aetatis annum duxit ad tumulum. Tri
ginta in hac sacerdotali qualem et sic excerptam lector adtendis
scalptam conuersatione exemit, illud namque silentio prae
terire non debeo quod eius scae reliquiae usque in diem tertium
quo cum summa ueneratione reconditae dinoscuntur tanto lumi
nae ac decore uestitae cunctorum uisae sunt oculis ut splendorem
uitae uultus signaret defuncti et depositam gloriam iam nunc
percepisse gloriosum uas crederetur in quo uere fuit thensaurus
magni regis inclusus. Quae ibi fuerint flumina lacrimarum
quanti planctus silebo ne post annos ac curricula nouellum do
lorem scriptor incutiam. quaecumque ibi mater uenit liberatum
clamauit ab illo filium. Quaecumque uxor maritum. Quaecun
que soror fratrem qui celeps seipsum postremo in illa tanta
hominum multitudine et conuentu inaudenter dicam totius
orbis nemo fuit qui beneficiis illius aliquid non deberet. Sed quae
so iam temperemus a luctibus contractam tristitia resoluam
frontem excelsu cum do possideat obcuius obitum merem
interris sed quid faciam quod remediatoris uestri singultu
uerba dissituum lacrimae ora per ·/· go quod numquam ad
flentem flens beneueniat consolator. haec sco patri et doc
tori peritissimo idoneus affectu non scientia inpendi ita
liquos de conuersatione illius flosculos relegerem ut est lon
gum iter agentibus in usu positum qui non omnes obuius con

·/· fundunt. mugitu resonat omne quod loquor. Uirtelle

Epiphani moritur nat. 9 an. 58 cu 30 epatui praefuisset

Epiphani. vita h. et doct. Ennodij

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0161